



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

Elegia IX. Remedia Magdalenae peccatrici.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

50 BALDVINI CABILLIAVI LIBER II.

Ambigis? ecce pio nardus comes affuit imbris;

Arabia his plantis, & seges Inda sedet.

Non tot odoratas messes legit vbera felix

Fruge Cilix, Indus diues, odorus Arabs;

Nardifera quot spargis opes locuples alabastro

In caput ambrosium, liligerosque pedes.

Nardus enim, vel gutta croci, si tangit IESVM,

Nobilius medico sudat aroma croco.

Magdala tange pedes: Arabum felicia fundis

Balsama; quid mirum si fluat inde salus?

### ELEGIA IX.

*Remedia MAGDALENAE peccatrici.*

**V**t quid adhuc erras infestis anxia siluis,  
Soliuagis toties obuia præda feris?

Hic ubi Tænarios mors armat acerba dolores,  
Humanisque gemens ossibus albet humus;

Mugitus, rabiemque, minasque, trucesq; furores  
Temnis, & armatas in tua damna feras?

Vulnifico vidi sub dente dehincere pectus,  
Et vidi rigidâ vulnera secta manu.

Nunc erat in saeuos ut tota leonis hiatus  
Iret (& ibat inops mentis, & ægra metu)

Magdalensis, & prono de sidere cœperat Orco,  
Iam data ter gemino victima dira canis;

Ni laceros artus iratis faucibus Orci  
Bellipotens vindex eripuisset Amor.

Clamariô, Leo cede, truces abscedite tigress.

Cedite. Cesserunt: saucia sola gemis.

Quin etiam tradux mundi de peste venenum  
Inspirat tacitam cæca per oissa lucem.

Ah:

Ah! vbi vinc̄ta cauis Cypris illigat ora lacertis,  
 Quale tibi blando virus ab hoste bibis?  
 Nec fugis ab nocuo mundo, dulcique periclo?  
 Iste locus, nescis? damna salutis habet.  
 Hic ignominiæ, noxæ, & lata vulnera noxis,  
 Queis grauis exurit conscientia corda dolor.  
 Ecce, tuos serpit clām pestis auara per artus,  
 Grassaturq̄ue cauo flamma proterua sinu  
 In mortē putre, cerne, gelat iam pectus; & isthic  
 Sistis adhuc? medicam saucia quære manum.  
 Funestas cui culpa fores recludit Auerni,  
 Anxia vin' mortem pellere? pelle moram.  
 Quid trahis infelix lenti dispendia leti?  
 Tu si dulcè v̄lis viuere, viue D̄eo.  
 Nōnne per illecebras, & blandi philtra doloris,  
 Velle pati morbos, mortis amore frui est?

## E L E G I A X.

M A G D A L E N A desiderat per satisfac-  
 tionem peccata expiare.

O D̄eū immensis iam tandem parce piacis:  
 Quamquam ô! sed mitis parcere iussit  
 Amor:  
 Ille mei sceleris vindex, sed nescius iræ,  
 Qui sine vindictâ plectit inane scelus.  
 O me felicem! cui mite tribunal I E s v  
 Stat torus iste, meis iam torus v̄dus aquis.  
 O pudor! ô immane nefas! sic ibit inultum  
 Crimen? & in pœnas vltor inermis erit?  
 Et metuo, & spero: veniam promisit I E s v s;  
 Et veniam vindex abdicat ira reis.

C 2

Ante